



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

II. Vt per singulos annos Concilium fiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

SIRICIVS PAPA. CARTHAGIN. III. ARCADIVS & HONORIVS IMP. 483

ANNO CHRISTI 397. sæpe solet oboriri, vt omnes Africanæ prouinciæ episcopi obseruationem paschalem ab ecclesia Carthaginensi current accipere.

II.

Similiter placuit, vt propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis quibusque annis Concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habent, de Conciliis suis ternos legatos mittant, vt & minus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi conuentus plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem, propter inopiam episcoporum, unus episcopus veniat.

Cod. Can.
cap. 18.

Cod. Can.
cap. 14.

III.

Item placuit, vt ordinandis episcopis vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta Concilii fecisse afferant.

Cod. Can.
cap. 18.
Diffin. & 38.
Placuit, vt
ordinand.

IV.

Item placuit, vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consercentur. Et vt lectors populum non salutent.

Dift. 7.
Placuit, vt
ante annos
25. Et 10. q.
1. Placuit, vt
supra.

Hoc Capitulum in veruſtis quibusdam codicibus ſic habetur.
Item placuit, vt lectors populum non salutent, & vt ante 25. annos nec clerici ordinentur, niſi primum diuinis scriptis instructi, vel ab infantia erudit, propter fidei professionem vel assertiōnem.

V.

Item placuit, vt etiam per ſolenniſſimos paſchales dies sacramentum catechumenis non detur,

Concil. Tom. 3.

Ppp ij